

Colmannus in Pannonia et dux Henricus in Polonia occiduntur. Et quot mares et feminas invenerunt, gladio perimerunt. Anno MCCXLVII.¹ cum Federicus in Lombardia Parmam obsideret, a legato pape turpiter est devictus. Et amissis thesauris in Apuliam veniens, ibi gravi infirmitate correptus, sine sacramentis et penitentia excommunicatus interiit. Manfredus vero filius eius naturalis, capto thesauro, quem invenit, regnum obtinuit; qui postea a Karolo fratre regis Francorum est interemptus.

CII. Conradus III^{us} de Soavia, filius Federici supradicti, electus fuit vivente patre, set Italiam non venit nisi mortuo illo. Qui veniens Neapolim et Capuam cepit et totum regnum Apulie et persecutor fuit ecclesie; set parum vixit, quia MCCLII.² secundo anno opere Manfredi, fratris sui spurii, qui regnum Sicilie occupaverat, fuit veneno interemptus³, et sepultus est in magna ecclesia de Monregali extra Panormium. Vacavit imperium propter dissensionem electorum annis XXII; et Conradinus filius eius erat puer.

CIII. Rodulfus comes de Anesburg⁴, genere Germanus, electus anno Domini MCCLXXIII. et a Gregorio X. confirmatus, quamvis in Ytaliā non venerit, quia variis bellis in Germania fuit occupatus, imperavit annis . . .⁵ Hic vir fuit prudens et in armis strenuus, iustus et Deum timens. Qui regem Boemie sibi obedire nolentem in prelio durissimo vicit. Et filio filiam suam in uxorem dedit, alteram vero Carulo Martello.

CIIII. Adulfus comes de Anaxone, genere Germanus, electus est, set benedictionem et coronationem in Italia non recepit. Anno Domini MCC. . . .⁵ Hic vir fuit magnanimus; contra quem Albertus, predicti Rodulfi filius, insurgens, ipsum in bello vicit. Nam Adulfus magis viribus quam consilio utens occisus est, cum regnasset annis IIII^{or}.

11. Beschreibung einzelner Chronikenhandschriften.

1) Verona, Biblioteca comunale Ms. 1232—1235, chart. fol., saec. XV. Die Blätter sind nicht numeriert. Enthält zuerst 'Liber de virtutibus psalmorum David prophete', nämlich kurze Angaben dessen, was dadurch ausgerichtet wird, dass man diesen oder jenen Psalm liest, z. B. ein Gefangener wird befreit, Gewitter abgewendet u. s. w. Dann folgen von anderer Hand sehr alberne medicinische Vorschriften, z. B. gegen den

1) Später geändert in MCCXL. 2) Auch diese Zahl steht in der Hs. am Rande. 3) In diesem Abschnitt ist noch Martin p. 472 mit benutzt, im wesentlichen aber folgt der Autor hier anderer Quelle.

4) So Hs. 5) Raum für die Zahl in der Hs. leer gelassen.